



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Potestne homo in hac vita acquirere perfectum paßionum suarum
dominium. Cap. XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

Primò Nunquam passionum motus exurgunt antevertendo rationis & voluntatis imperium.

Secundò Excitatae ex rationis & voluntatis imperio, non durabant diutius, nec erant vehementiores aut tepidiores, quam homo vellet.

Tertiò, Homini volenti facere aliquid boni, aut bene operanti non resistebant, nec opus reddebant difficilius suã resistentiã, quã tunc nulla erat.

Quartò, Non obfuscabant rationem in eius cogitationibus, & deliberationibus.

Quintò, Non inclinabant hominem ad ullam rem malam, & rectã rationi contrariam, aut ab eã discrepantem.

Sextò, Corporis membra non commovebãt ad res illicitas, & ad licitas modo inordinato, quem primi parentes nostri post peccatum senserunt in rebellione membrorum, ad quam tegendam, suã nuditatem texerunt.

Septimò, Non grauebant corpus tali grauedine, quã obsteret homini volenti bene operari, vel impediret illum in cursu boni operis inchoati, ne posset promptè & expedite in illo peragendo pergere, vel cogere illum citius quam par esset desistere à bono opere inchoato & continuato.

Octauò, Non poterant perducere hominem ad vllum peccatum veniale: quod in eò statu prius homo committere non potuit, quã commisitset aliquod peccatum mortale, vt cum Theologis probat S. Thomas ex professo.

Nono, Non impediabant quin corpus plenè & totaliter obediret rationi, sicut ipsa ratio per supernaturale donum subdebatur Deo, & rationi, vires inferiores, scilicet appetitus sensitivus cum potentiis concupiscibili & irascibili, & actibus passionum. In quo statu subiectio animæ ad Deum, erat causã subiectionis virium inferiorum, & corporis rationi: & quamdiu ratio manebat Deo subiecta, inferiora ei subdebantur, vt dicit Augustinus; post transgressionem verò præcepti, senserunt mortum inobediens carnis suæ, tanquam reciprocam pœnam inobediens suæ. Ideo S. Chrysostomus ait vitam Adami & Eux ante peccatum, non inferiorum fuisse quã Angelicam.

CAPVT DVODECIMVM.

Potesne homo in hac vitã acquirere perfectum dominium suarum passionum?

Respondeo Inveni viros spirituales, sed eorum numero, qui, vt scripsit Seneca, non putant fieri quæ facere non possunt, ex infirmitate suã de virtute serunt sententiam, & vt ait S. Gregorius Papa, renunt bona credere quæ nesciunt operari; inveni, inquam, tales, qui putabant non posse in hac vitã perfectum acquiri passionum domi-

nium: vt nec refrænationem innati nobis omnibus fomitis, & concupiscentiæ spiritui nostro repugnantis. Sed vt loquar cum Abbate Sereno, Periculosa præsumptio est, necdum rebus rectè discussis, nec certè à ratione collectã, de naturã cuiuslibet rei proponere, desinire, ac de fragilitatibus sue consideratione capere coniecturam, nec de statu, & qualitate ipsius discipline, vel de aliorum experientiã proferre sententiam.

Respondeo ergo cum S. Iohanne Climaco: Esse quidem perdifficile eas perturbationes, quibus diutius assueti sumus, vincere, nihil tamen Deo esse impossibile. Et col. 16. Remissione citò plurimi potiti sunt, beatam verò tranquillitatem nemo repente possedit. Hæc enim vt acquirere possimus, tempore longo, ac Dei adiutorio, & singulari gratiã nobis opus est. Posse autem acquiri passionum dominium, etsi tardè (loquendo de viã ordinariã) nunc ostendam Sanctorum dictis & exemplis, & paulò post explicabo in Responsonibus ad alia quaesita, in quo situm sit hoc dominium passionum, & per quæ media acquiratur, & quomodò differat ab innocentia paradisiacã, seu iustitiã originali, & apathiã à Sanctis damnatã, & à ligatione ac extinctione fomitis quæ erat in B. Virgine Maria.

Posse ergo in hac vitã acquiri perfectum dominium nostrarum passionum, infra explicandum, patet.

Primò, Generali doctrinã fusè tradita à S. Thoma, probante diuisionem virtutum traditam à Plotino Platonicoorum Philosophorum principe, relata verò à Macrobio, qui explicans virtutes hominum iam assequentium diuinam similitudinem, quas appellat, virtutes iam purgati animi, tales esse ait: Quod prudentia, sola diuina intueatur, temperantia terrenas cupiditates nesciat; fortitudo, passiones ignoret; iustitia cum Diuinã mente perpetuo societur, eam scilicet imitando; quas quidem virtutes dicimus esse Beatorum, vel aliquorum in hac vitã perfectissimorum.

Hæc S. Thomas. Cùm ergo Beati habeant perfectissimum suarum passionum dominium, poterunt & aliqui viri perfectissimi, iudicio S. Thomæ, in hac vitã illud habere, etsi non in tam perfecto gradu, vt Beati: quia adhuc sunt viatores in statu imperfectiore ad cœlestem beatitudinem aspirantes, & habent corpus sapè rationi resistens.

Secundò, Confirmatur hæc doctrina à S. Thoma ibidem aliã autoritate Plotini, quam ibi recipit. Plotinus, inquit, dicit, quòd virtutes politicae, (secundum quas dixerat paulò antè, rectè se habere hominem in rebus humanis gerendũ) quod, inquam, virtutes politicae, passiones mollium, id est, ad medium reducunt: secunde, scilicet purgatorie, auferunt: tertiae, quæ sunt purgari animi, obliuiscuntur: in quartis, scilicet exemplaribus (quæ sunt in ipso Deo) nefas est nominari, (scilicet passiones) quamuis dici possit, quòd loquitur hic de passionibus, secundum quòd significant aliquos inordinatos motus.

in corp. Artic.

Hæc S. Thomas. Quocirca si iudicio S. Thomæ, virtutes purgatoria, non tam perfectæ, vi sunt eæ, quas appellavit iam purgati animi, passiones inordinatas auferunt, & quas dixerat esse eorum, qui in diuinam similitudinem tendunt, scilicet proficiendo in virtutibus valdè, per quas similes Deo reddimur, & multò magis virtutes iam purgati animi, iam propriæ allequentium Diuinam similitudinem, auferent inordinatas passiones. Hoc autem est, habere earum dominium, vt infra declarabo.

a. 1. Opusf. l. de 4. vit. tr. 10. de Relig. l. 9. c. 5. n. 25.

Probat hanc virtutum diuisionem etiam S. Bonauentura, & annuit Suarez, & eam antiquorum olim fuisse scribit Euftratus. l. i. eth. c. 15. Et non bene explicat Paschalis in opere de vitiis & virtutibus c. 8. Melius Porphyrius libro de occasionibus, de cæsis ex longiore eiusdem disputatione, quam Stobæus serm. i. exscripsit, vt obseruauit noster Theophilus Raynaudus insignis Author, idque in omnibus quos ab eo vidi libris editos.

tr. de virt. & vit. l. i. sect. 4. c. 2. num. 243.

Tertio Confirmatur hæc doctrina aliâ Authoritate S. Thomæ, qui probans in Christi humanitate non fuisse fomitem peccati qui in nobis est causa rebellantium rectæ rationi nostrarum passionum, eiq; non obedientium, & anteuertentium rationis imperium, id ostendit ex eo, quòd Christus perfectissimè habuerit gratiam, & omnes virtutes. Et statim subdit: Virtus autem moralis que est in rationali parte animæ, eam facit esse rationi subiectam, & tantò magis, quântò perfectior fuerit virtus, sicut temperantia concupiscibilem, & fortitudo ac mansuetudo irascibilem. Ad rationem autem fomitis pertinet, inclinatio sensualis appetitus, in id quod est contra rationem. Sic igitur patet, quòd quântò virtus in aliquo fuerit magis perfecta, tantò magis in eo debilitatur vis fomitis. Hæc S. Thomas. Vnde sequitur, homines eximiarum virtutum, ab eis per heroicis actus acquiritarum beneficio, consequi passionum dominium, quod iuxta quantitatem diminutionis seu debilitatis fomitis, augetur in eis, & crescit. Cùm enim fomes peccati, vt docent Theologi, ex peccato originali in nobis relictus, proxima sit inclinatio sensualitatis ad obiecta sensibilia, contraria rectæ rationi, virtutes autem morales moderentur, & frænent nostras passiones, vt docent Theologi cù S. Thomæ, & patet experientiâ, crescentibus valdè virtutibus heroicis, per actus heroicos acquisitis, crescet passionum refræntatio, & moderatio, ac tandem per continua incrementa deuenietur ad tale earum dominium, quale infra describemus.

3 p. q. 15. a. 2.

24.

25. a. 2. q. 139. a. 1. Et q. 41. a. 2. & 3. Et q. 146. a. 2.

quodl. 4. a. 24.

Quarto, Confirmantur hæc omnia aliâ S. Thomæ doctrinâ: puritas mentis sita est, vt mens hominis à passionibus inordinatis sit libera. Ergo potest esse libera. Ergo potest haberi perfectum passionum dominium à nobis in hac vitâ, quia per illud mens fit libera ab inordinatis passionum motibus.

Quinto Confirmatur hoc ipsum à simili certâ aliâ doctrinâ S. Augustini, & S. Thomæ, & B. Laurentij Iustiniani, ac aliorum Theologorum docentium subiectionem perfectissimam passionum, quæ erat in Adamo ante peccatum, ortam fuisse ex subiectione animæ ad Deum, & eâ per peccatum sublata, statim passiones, & corpus cepisse rebellare, ac resistere animæ, ac rationi. Vnde bene S. Bernardus exclamat: O cufstos hominum, quare me posuisti contrarium tibi: & c. Ipse me posui, & factus sum mihi metipsi grauis. Iustissime quidem, vt hostis tuus (scilicet concupiscentia sedes passionum & fons) hostis sit & meus, & qui tibi repugnat, repugnet & mihi. Ego verò qui tibi, ego qui mihi met contrarius factus sum, atque in membris meis inuenio, quod contradicat & menti meæ, & legi tuæ. Quis me liberabit de manibus meis: non enim quod volo hoc ago, sed me non alio prohibente. Et quod odi, illud facio, sed me non alio compellente: atque vitinam prohibitio hæc, & hæc compulsio, ita esset violenta, vt non esset voluntaria, forsitan enim sic possem excusari, aut cerè ita esset voluntaria, vt non violenta, profectò enim sic possem corripi. Nunc verò nunquam excusatio misero patet, quem & voluntas (vt dixi) inexcusabilem, & incorrigibilem necessitas facit, & c. Sed hanc necessitatem frænât Deus tuis auxiliis, & virtutibus quas nobis largitur. Anima enim nostra, & intellectus ac voluntas, & potentia inferiores appetitus sensitui, per virtutes ipsis inherentes diuinis auxiliis fretas, subiciuntur Deo; hic enim est vnus ex affectibus virtutum, vt Theologi, & Sancti Patres docent: ergo si eæ crescant in gradu valdè heroico, & excessio, crescet magis ac magis subiectio animæ ac potentialium erga Deum, ac proinde decreset rebellio & resistentia passionum: hinc autem oriatur dominium earum, eisi non tale quale fuit in Adamo ante peccatum, tamen adeò magnû, vt verè dici possit perfectum earum dominium, quale iuxta vitæ præsentis statum beneficio diuinæ gratiæ haberi potest, modo infra dicendo.

26.

Aug. 13. ciu. c. 13. Th. 1. p. q. 95. a. 1. Iust. de obedient. cap. 1. Molde opere 6. diet. disp. Val. c. 1. d. 7. q. 2. p. 2. Ber. 3. 81. in Cant.

l. de om. & conc. cap. 25.

l. 2. cont. Iohan. c. 7. h.

3 p. q. 15. a. 2.

27.

Sextò. Probat hanc doctrinam à priori, quia immediata causa & radix rebellionis passionum, rectæ rationi contrariarum, est fomes peccati, seu, vt appellatur à S. Paulo, & à Theologis, & à Concilio Tridentino, Lex membrorum, & concupiscentia, hoc est proxima & expedita inclinatio ad actus contrarios rectæ rationi ex obiectis sensibilibus eorum excitatos, & rationem præuenientes. Atqui per virtutum præsertim heroicarum, incrementum, & profectum in illis, & per Eucharistiam minuitur ac decrescit concupiscentia, & fomes peccati, vt expressè docet S. Augustinus, & S. Thomas supra citatus, & ob hanc abundantiam gratiæ & virtutum in altissimo gradu, ait in Christo non fuisse fomitem peccati, & in Beatâ Virgine, eum primò ligatum in primâ eius sanctificatione, deinde penitus extinctum in Christi conceptione seu

Rom. 7. 23. Trid. S. 1. num. 5. & concupiscentia, hoc est proxima & expedita inclinatio ad actus contrarios rectæ rationi ex obiectis sensibilibus eorum excitatos, & rationem præuenientes. Atqui per virtutum præsertim heroicarum, incrementum, & profectum in illis, & per Eucharistiam minuitur ac decrescit concupiscentia, & fomes peccati, vt expressè docet S. Augustinus, & S. Thomas supra citatus, & ob hanc abundantiam gratiæ & virtutum in altissimo gradu, ait in Christo non fuisse fomitem peccati, & in Beatâ Virgine, eum primò ligatum in primâ eius sanctificatione, deinde penitus extinctum in Christi conceptione seu

sen Incarnatione, idem cum aliis primariis Theologis docet. Cum ergo reperiantur tales Dei serui, & semper fuerunt in S. Ecclesia (quae ob illos quoque appellatur Sancta) qui perpetuo crescunt in heroicis virtutibus, & per actus frequentissimos heroicis, Deique gratiae sedulo cooperantur, hinc necessario sequitur, diminuta causa rebellantium passionum, earum quoque rebellionem diminui; quae cum infinita non sit, tandem eo peruenire possunt tales Dei serui, ut habeant plenum, beneficio virtutum ac diuinae gratiae, passionum suarum dominium. Sublata enim causa propria & totali, aufertur effectus, & diminuta diminuitur ea proportione, quae ipsa causa diminuitur.

Et ita S. Augustinus asserit, *Concupiscentiam quocumque in proficientibus, & continentibus, accedente autem senectute, multo maxime, seu, ut alibi loquitur, disputans de passionibus, & concupiscentia moribus (ut sunt a peccatis diuersi) per carnem rebellem spiritui nos impugnantibus, ait, nobis ad meliora proficientibus, eos magis magisque, minus: discedente hinc anima pia, perire, in resurgente corpore non redituros.* Cum ergo, ut docet S. Thomas, inferiores vires pertinentes ad sensibilem appetitum (a quo procedunt passiones) naturaliter sint obediens (hoc est, aptae obedire) rationi &c. Ideo perfectio virtutis, quae est secundum rationem rectam, excludit fomitem peccati (radicem passionum) cuius (scilicet fomitis) ratio consistit in resistenti sensuali appetitui ad rationem. Quando ergo & in essentia anima erit gratia eam sanctificans in alto valde gradu, & quando in eius potentis spiritualibus, intellectui ac voluntate, ac appetitui sensitiuo erunt virtutum habitus insuli & acquisiti valde intensi, proculdubio frænabunt, & moderabuntur passiones, ac adferent dominium passionum.

Confirmatur haec ratio a priori, quia iuxta doctrinam Theologorum, & Philosophorum moralium, intrinsece cuiuslibet virtuti hoc conuenit, ut perfectat, & eleuet potentiam cui inest, in ordine ad actum virtutis proprium, & ut contrariis passionibus resistat, easque moderetur ac frænnet, & impedimenta reiciat ac peculiaribus difficultatibus obsistat, easque superet, & ut perfectat nos ad prosequendum debite inclinationes naturales, & si est virtus perfecta, (hoc est valde excellens & heroica) ut hominem faciat, promptè hilariter, & constanter, ac feruenter operari. Cum autem Diuino beneficio, iusti non tantum in intellectu, & voluntate, sed etiam in potentia irascibili, & concupiscibili fonte passionum, habeant virtutes inherentes eis proportionatas, ut docent Theologi cum S. Thomas, hinc necessario sequitur, per virtutes reddi has omnes potentias magis vel minus habiles ad operandum sine difficultate ex parte operantis, ac proinde ad fræpandas ac domandas passiones, a quibus potissimum in operante oriuntur difficultates, & impedimenta, ob resistentiam quam habent (dum sunt indomita) erga rationem. Quocirca dum omnes virtutes erunt in gradu valde eminenti & intenso producta, & acquisita per multos, eosque heroicos actus (ut sunt in iis, qui habent dominium passionum) necesse est rebellionem passionum ita minui, ut planè subsint dominio feruentium & fidelium Dei seruorum modo infra explicando: *Virtus enim concupiscibilis, & irascibilis, ut dicit S. Thomas, nullo repugnante Theologo, in hoc consistit, ut sint bene obediens rationi.*

Septimo probatur Autoritate Patrum. Imprimis Clementis Alexandrini, qui de viris perfectis disserens ait: *Qui sunt voluptate superiores: qui vincunt animi motus & perturbationes, qui mundo sunt maiores. Vincere autem passiones idem est, quod domare.* Deinde probatur autoritate S. Chrysostomi, eaque duplici.

Prima est vniuersalis, cum dicit nos posse in hac vita more Coelorum viuere. Nam explicans illa verba: *Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra, Antequam, inquit, suprema illa praestetur habitatio, caelum quodammodo insit fieri & terrae, ut scilicet tales sint etiam dum in ea degunt: ita omnia faciant, & loquantur, quasi qui prorsus conuersentur in caelo: Demique pro hoc etiam esse Dominum deprecandum. Nihil enim est, quod propter terrenarum rerum habitaculum, ad supernarum virtutum perfectionem homines prohibeat peruenire. Est quippe possibile, ut in terrarum adhuc regione degentes, quasi iam in caelis habitent, ita cuncta perficiant.*

Secunda Autoritas S. Chrysostomi de passionum dominio perfecto (quod crucifixione, & veluti earum extinctionem appellat phrasi Pauli Apostoli) est eiusmodi, & non omnibus iustis esse communem, sic indicat. *Omnes, inquit, homines, qui se student humo tollere (at tales pauci sunt), & inserere caelestibus, quique naturam mortalitatis, euincere Angelicae conuersationis emulatione nituntur, ut studio bona voluntatis, Angelorum incorruptionem sequentes, appropinquent Deo (incorruptio enim, ut scriptum est, hominem Deo proximum facit) remoueant se quantum possunt spiritu virtutis a corpore, & penitus abstant a carnali concupiscentia: (haec enim est radix omnium passionum) morientes quidem super terram huic vita secundum imitationem Passionis Christi, viuentes autem Angelicam vitam iuxta communionem vitae, Domini & resurrectionem mortuorum, (post quam S. Augustinus supra citatus ait, non futuras in nobis passiones inordinatas.) Qui enim Christi sunt, inquit Apostolus, hi carnem suam crucifixerunt cum passionibus, & concupiscentiis. Vbi per concupiscentias S. Chrysostomus intelligit peccata, per passiones vero eos motus sensualitatis, de quorum dominio tractamus. Deinde disserens de iis, qui ad hanc perfectionem non aspirant, subdit: *Qui autem ad plenam huius exercitii perfectionem, sicut in verticem montis ascendere non valent, saltem in secundo virtutis gradu consistere studeant, ut immoderatam carnalium**

con-



concupiscentiarum abundantia circumcidant. Quod faciunt illi, qui non habentes passionum dominium, dum perturbantur vehementer ab illis, eis non præbent consensum, & reprimunt rebellionem earum.

Idem S. Chryostomus alio in loco, hoc dominium passionum ex effectis & exemplis quorundam ita declarat, & quidem in re omnium difficillima, nimirum in dominio tristitiæ & doloris, excludente gaudium animi, in hominibus ordinariis, dum persecutiones & graues iniurias patiuntur. Si enim harum passionum dominium potest acquiri, & gaudium temporale aduersitatum haberi, multo facilius aliarum non equè difficilium. Nihil, inquit, aliud graue & acerbum est, quam in Dei offensam incurrere. Hoc sublatum, non afflictio, non insidia, non alud quidquam prudentem animam molestia afficere potest. Quin potius, quemadmodum si exiguam scintillam in magnum pelagus iniicias, eam protinus extinxeris, eodem modo molestia omnia, quamlibet ingens (scilicet res, seu obiectum molestum, & difficile toleratu sine mœroris passione) si in animam bene sibi conscientiam incidit, confestim perit, & euanescit. Quod sanè non experitur, nisi qui habent dominium edomitatum iam passionum. Pergit hoc exemplis confirmare: Eo nomine & Paulus semper gaudebat, aded

41.
h. 1. in 2.
Corinth. in
moral.

ut ne sensum quidem temporum malorum caperet: ac dolebat quidem ut homo, sed non deiciebatur animo.

42.

Similiter & insignis ille Patriarcha, cum multa molesta pateretur, tamen gaudio fruebatur. Quanta autem pertulerit, considera: Exulabat patriâ, projectiones longas ac periculosas sustinuit, cum adiens alienas regiones, ne vestigiem quidem pedis illic haberet suam, hinc rursus fames illum excepit, coegitque solum vertere, ac fami rursus succedit rapta conuinx, ac mortis metus, tum orbis, bellum, pericula, insidia: postremò accersit difficultatum colophon germani & vnici filij maclatio illa, inquam, maclatio, dolorem (ex natura sua & difficultate obiecti ardui apta contristare summo-

h. 23. in
Genes.

perè) afferens immediabilem. (scilicet aliis hominibus imperfectis.) Cauo igitur putes illum, quoniam facile paruit Deo omnia illa sine doloris sensu pertulisse. Etiam si decies milies iustus fuisset, sicut reuera erat, homo tamen erat, obnoxius naturæ affectionibus: (locus iste est insignis contra apathiam Enagrii & Palladij) sed nihil horum illum detegit (qui est primus gradus omnium minimus, in dominio passionum, ut infra dicitur) sed ut decuit generosum ac fortem athletam, constitit, & in horum vnaquoque certaminum victor, & coronâ dignus pronunciatum est. Consimiliter & B. Paulus, cum videret quasi niuis cumulos, tentationes quotidie ingruentes non aliter quam si in medio paradiso vixisset, ita gaudebat, gestiebatque. Similia dicit de S. Job & Martyribus. Virtus enim, ut idem alibi dixerat, tam est inuicta, (scilicet dum perfecta est) tam nihil cedens huius mundi varietatibus, sed super malitia retia volitans, quasi è sublimi specula quadam, sic omnia humana despicit, nihil quod aliis molestum est sentit. Et sicut is

qui super excelsum petram stat, fluctus videt, quos videt ad petram magno impetu distrumpi, ac protinus in spumam soluita; ita & virtuti vacans, in securo constitutus loco, nihil insuaue fert à rebus turbulentis, sed tranquillus animo, & quietus sedet, intelligitque, res huius vite, nihil differre ab annuum fluentis, tam rapido cursu transeuntibus, &c. Virtus hic quoque est potentior insidiantibus, & planè inuictos facit suos, continuamque præbet voluptatem, & ne sentire quidem sint rerum istarum inæqualitatem.

Et serm. 2. in Genes. Subigenda sunt ac domanda à ratione magis aliene ac belluina cogitationes, ferociiores & immaniores, earumque dominatus rationi committendus. Et quomodo fieri potest, dicit aliquis, ut belluam cogitationem quis subigat? Quid ais mihi homo: Leones subigimus, eorumque animos cicutes reddimus, & dubitas an cogitationum feritatem ad mansuetudinem possis trahere? tamen si leoni naturalis est feritas, præter naturam verò mansuetudo, tibi verò contra naturalis est benignitas, feritas verò præter naturam. Ergone qui id expellit quod est naturale, & anima belluæ inferis, quod præter naturam est, in tua ipsius animâ, quod est naturale non poteris conseruare? quis hoc summa non tribuat negligentia? Nam in leonis animâ præter hanc difficultas est altera: est enim experientia rationum anima belluæ, at in animâ tuâ est ratio, est & Dei timor, multumque, ex multis partibus auxilium ostenditur. Ne igitur prætextus & excusationes prætendas.

Idem alibi conferens vitæ cælestis statum Or. de B.
Philog. carentem omni animi perturbatione, aut dolore, cum statu perfectorum in hac vitâ, quales sunt, qui habent dominium suorum affectuum naturalium, sic ait: Et quid mirum est, si locus ille purus est ab omni molestia animi, cum Paulus hominibus adhuc in hac vitâ degentibus loquens, dicat: semper gaudere, sine intermissione orate. Quod si hic, vbi morbi, vbi insectationes, vbi præmatura mortis, vbi calumnia, vbi perturbationes, vbi ira, vbi cupiditates, vbi innumerabiles insidia, vbi quotidiana sollicitudines, vbi perpetua sibi, succedentia mala sunt, innumeris ex omni parte dolores afferentia, Paulus dixit fieri posse, ut semper gaudeamus, si quis paululum ex rerum mundanarum fluctibus erexerit caput, vitamque suam rectè composuerit, multo magis postquam hinc demigrauerimus, &c.

Et alio in loco: Quando fuerit ab ira remotus, & h. 33. in 1.
Corinth. ante
med. ab inuidiâ mundus, & liber ab omni tyrannicâ animi perturbatione, traductus est ad ipsam Angelorum impassibilitatem.

S. Augustinus præter loca supra citata, in s. argum. quibus dicit concupiscentiam in nobis imminui (quod non nisi per acquisitionem passionum dominij fit, nam ipsa naturalis potentia appetitus, cum sit spectans ad substantiam corpoream hominis, non minuitur) plus aliquid dicit, & videtur dicere, totaliter posse omnem concupiscentiam extirpari.

Nam libro 88. questionum ait: Charitatis nutrimentum est immunitio cupiditatis: perfectio- 43.
91. 36.
nem,

nem. (scilicet Charitatis) nullam cupiditatem; signu
professus eius imminutionem timoris; signum perfectio
nis eius, nullam timorem; quia & radix omnium ma
lorum cupiditas. & consummata dilectio, foras mittit
timorem.

Et in Psalm. 1. explicans, & tanquam vas fi
guli coteret eos; Idem inquit, conteret in eis terre
nas cupiditates, & veteris hominis lutulentam negotia,
& quidquid de peccatore limo contractum atque ino
litum est. Et nunc reges intelligite, id est, iam innotati
iam contrita luteis regum; id est, carnalibus vasis
erroris, que ad praeeritam vitam pertinent, nunc in
tellectis iam reges id est, iam valentius regere, quidquid
in vobis servit utque bestiale in homine, possunt
ergo, iudicio S. Angustini, regi tanquam serviti
ne recalcitent.

Et in Psalm. 6. in fine: Et illud hic accipi putet, vt
tanquam gememem (Dauide) & iam saepe diuque
flentem, Deus excusauerit, intelligatur liberatus a pec
catis, etiam omnes peruersos motus carnalis affectionis
domuisse. Et in Psalm. 8. Huius ciuitatis, in qua diabolus
regnat, quasi plebs vniuersa delicatae affectiones, & turba
lenti motus animi, quotidianas seditiones in homine
agitantes. Has ciuitates destruit, cum exliso inde Prin
cipe, de quo dictum est, Princeps huius seculi missus est
foras pacem reddat in terris. Vastantur hac regna ver
bo veritatis, sopiuntur maligna consilia, turpes affectio
nes edomantur, membrorum & sensuum ministeria
captiuantur, & ad iustitia & bonorum operum mili
tiam transferuntur; vt iam sicut Apostolus dixit: Non
regnet peccatum in vestro mortali corpore, & cetera
huius loci. Tunc pacatur anima, & ordinatur homo ad
quietem, & ad beatitudinem capiendam.

Et alio in loco: in pace perfectio est, vbi nihil re
pugnat, & idem filij Dei pacifici, quoniam nihil in his
resistit Deo, & vbi que filij similitudinem Patris habe
re debent. Pacifici autem in se ipsis sunt, que omnes ani
mi sui motus componunt, & subiacentes rationi, id est,
menti & spiritui, carnalesque concupiscentias habentes
edomatas sunt Regnum Dei, in quo sunt ita ordinata
omnia, vt id quod est in homine precipuum & excellens,
hoc imperet ceteris non reluctans, que sunt in nobis
vestis que communia & c. Et hac est pax que datur in
terra hominibus bone voluntatis: hac vita perfecti con
summati, sapientis. Et infra subdit: Sapientia con
gruit pacifico, in quibus iam ordinata sunt omnia, nul
lusq; motus aduersus rationem rebellis est, sed cuncta
obtemperant spiritui hominis, cum & ipse obtemperet
Deo: de quibus hoc dicitur: Beati pacifici.

Et tandem concludit inferius: Ita omnia in
hac vita possunt compleri, sicut completa esse in Apo
stolis credimus.

Quas duas vltimas Propositiones S. Augu
stinus alibi sic explicat, non quod dicitur non esse
in membris legem repugnantem legi mentis, sed vt do
mando concupiscentias carnis rationi rebelles, ad istam
pacem plenissimam quandoque perueniatur. Item, non
vt in Apostolis hic videntibus nullum carnis motum
arbitremur spiritui repugnasse; sed hactenus hic ista

posse compleri, quatenus in Apostolis credimus esse com
pleta, ea mensura scilicet perfectionis humana, quanta
in hac vita potest esse perfectio: vt ita compleantur, si
cut in Apostolis completa sunt: id est, quaedam perfe
ctione, cuius capax est ista vita: non sicut complenda
sunt ex illa quam speramus, pace plenissima, quando
dicitur: Vbi est mors contentio tua?

Et alibi: Fit in homine ipso quidam iustus ordo na
tura, vt anima subdatur Deo, & anima caro, & per
hoc Deo anima & caro: Subditur autem Deo seruien
do et: Animus, inquit alio in loco, seruiens Deo recte
imperat corpori, in eoque ipso animo ratio Domino
Deo subdita, recte imperat libidini, vitis que ceteris: Vbi
homo Deo non seruit quid in eo potest esse iustitia: Nam
Deo non seruiens: nullo modo iuste animus corpori, aut
humana ratio vitis iuste potest imperare.

Et alibi: Concupiscentias carnis non consentire ma
gna laus est; eas non habere, magna perfectio. Sensit
ergo posse hanc perfectionem in homine repe
riri Dei beneficio.

Hoc ipsum docuit pluribus in locis S. Am
brosius, cuius sententias hac de re infra adferat,
soluendo primam objectionem petita ex quo
dam eius loco.

S. Hieronymus quoque hoc expresse docet:
Inter modestiam, inquit, & continentiam hoc inter
est, quod modestia in viris perfecta est, consummataque
virtutis. Continentia vero in via quidem virtutis est, sed
nec dum peruenit ad calcem: quia cupiditates adhuc in
eius qui se continet, cogitatione nascuntur, & mentis
polluunt principale, licet non superet, (scilicet per co
sensum ad peccatum) nec ad opus pertrahant cogi
tantem. Sensit ergo S. Hieronymus viros perfe
ctos consummataque virtutis, non pati hanc
rebellionem inquietantem passionum, etsi non
perducentium ad peccatum. Plus ergo adfert
passionum dominium, quam non prebere con
sensum ad peccatum, dum passiones exurgant,
& quam reprimere motus inordinatos ear
um.

S. Cyrillus Alexandrinus: Sancti Spiritus, in
quit, efficacia ac virtute, tanquam nouacula, lex pec
cati (id est fomes, radix passionum) habitans in
membris carnis, praecisa enervatur, atque etiam si rur
sus in nobis pullulet, vehementius condecitur. Spiritu
enim, ait Paulus, ambulate, & desideria carnis non per
ficietis.

Et alibi: Sanctissima Eucharistia hoc adscribit,
quod sedet cum in nobis manet Christus, sentientem
membrorum nostrorum legem, & perturbationes animi
extinguat. Nihil aliud sunt passiones, quam ani
mi perturbationes, quae si extinctae sunt, certe
subiugatae sunt.

S. Ephraem exclamat: O castitas, quae passiones
minuit, & animum a perturbationibus liberat. Quod
quomodo praestet Castitas per dominium pas
sionum acquisita, quomodo item praestet casti
tas, vt est donum, & gratia gratis data, infra ex
plicabo.

S. Basilii hoc ipsum tradit: Quamuis nauis gu
berna

l. 19. c. 11.
cap. 4.

ibid. c. 21.

Sec. 12. de
verb. Ap.

in c. 5. ep.
Gal. 7. 12.

44.
l. 11. de a
dor. in spi.
& verit.

Gal. 5. 16.

l. 3. in Ioa.
cap. 37.
& l. 4. c.

17. de
s. de cast.

num. 12 8.

45.
or. 21. de
felicit.

l. 10. 11.

l. 10. 6.

l. 1. de ser.
Dom. c. 1.

cp. 4.

l. 1. Ret.
cap. 19.

hervatori concessum non sit, tranquillitatem mari pro arbitrio & voluntate imponere, nobis eamen integrum est. viam quietam, omnique vacantes perturbatione constituit: si nimirum internos tumultus, qui ab affectionibus externis proficisci solent, sedauerimus, & mentem iis qua extrinsecus accidunt, altiorum constituerimus. Hæc autem quies & tranquillitas internorum tumultuum, est effectus proprius dominij passionum.

Et alio in loco ostendit hoc esse possibile:

*S. r. de in-
fir. mon.* Qui in se ipso quantum in ipso sit, natura diuina liberrimam affectionum tranquillitatem imitatus fuerit, hic desiderata prius in se Dei imaginem restituit pristino iuri.

*Reg. 7. fu-
sa & seq.* Et alibi: Qui omnibus animi sui affectionibus moderatur, neque voluptatum titillatione permouetur, contraque fortiter, constantique aduersus quamcumque prauam libidinem animatus est, hic perfecte continens est.

*Conf.
mon. c. 8.
fin.* Et alio in loco: Si quis diuturna exercitatione temperandarum animi sui motionum probi iam rationem didicerit, isque edomit corporis sui libidines, & animi ratione alienis motibus refranatis, quod rationis freno confidat, ob eam causam è Monasterio frequentius prodire velit. &c. Et cap. 3. Si naturales corporis motus & affectiones ab animo edomari non possent, merito culpa in corpus posset transferri, sed inueniuntur multi, quarum studijs illa denique cessera. Sane maxime omnium, vt obseruauit S. Diadochus (& docet experientia) post inclinationem ad res venereas, passionum impetus vigent circa puncta honoris ex instinctu superbiae, & propriae existimationis, quæ facit adiuta passionum vi, vt contumelias, ignominias, contemptus, iniquo animo feramus. At qui hoc expugnari & domari potest, vt ne moueatur quidem Dominus passionum ignominia. Non mouetur ignominia, inquit S. Gregorius Nyssenus frater S. Basilij, si quis sese animi demissione moderatur. Nam si quis cogitationem ab humana fraude vacuam ac puram habet, & vilitatem nature, quam adeptus est, cernat, à quali initio ortus sit, & in quem finem huius vite breuis fluxus atque cursus tendat, & carni coniunctas sordes, naturæque inopiam, quod ea nimirum per se sufficiens non sit ad sui conseruationem, nisi copia brutorum animalium suppleat, id quod deest, ad hæc molestias, luctus, calamitates, & omnimodes morborum formas, quibus obnoxia vita humana est, à quibus nemo natura liber, & immunis est: hæc si quis diligenter puri animi oculo cernat, haud facile ad honorum defectus commouebitur, & exardescet: quin imò contra fraudem ducet esse honorem, quo, ob rem quampiam à proximo afficitur: quippe cum nihil tale in naturâ nostrâ habeamus, quod possit cum dignitate & honore communionem habere, præter quam circa animum duntaxat, cuius honor non constat ex iis rebus, quæ per hunc mundum expectantur &c. Ita autem affectum, & animatum esse, nihil est aliud, quam in profundo habitu animi humilitatis esse: quæ confecta atque expedita, nullam iracundiam aditum aduersus animum habebit: porro iracundia procul sum-

morâ, quæ placidaque vita transgreditur. Si ergo hæc domari possunt, facilius est alias domare passiones.

Item ibidem agnoscit reperiri homines ad eò beatos, quorum turbati & vitiosi animi motus, non procliuēs, præcipientes, atque propensi, sed ratione sedati sunt: in quibus ratiocinatio veluti frenum quoddam, impetus reprimens non sinit animum ad immodestiam, insolentiam, ac perturbationem rapi atque passiones inferri.

Idem S. Gregorius Nyssenus ponderans illa verba Apostoli: Mihi vita Christus est: Hicse, inquit, verbis tantum non clamat Apostolus, nullam in se affectionem viuere; non fastum, non timiditatem, non voluptatem, non dolorem, non iram, non metum, non audaciam, non iniuriarum memoriam, non inuidiam, non vindictæ, auaritia, honoris, aut gloria cupiditatem: sed his omnibus abrahsis, solum, inquit ille, mihi superest, qui nihil est horum; qui est ipsa sanctificatio, & puritas, & immortalitas. Idem exponens illud Luc. 11. Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili; oportune eos inquit, qui per arma iustitiæ impassibilitatem vindicauerunt sibi, pueros appellat, docens quoddam bonum, quod per studia in nobis acquiritur, ab initio fuerat in naturâ repositum.

Nam quando aliquis renuncians carni per rationem exercitio vite virtuosæ, passionem confutauit, tunc quia puer insensibiliter se habet erga passiones.

S. Ioannes Climacus præter loca infra citanda, ita vacuitatem, ait, esse naturæ superationem, absque vilo iniuriæ sensu, ex certaminibus, & superioribus (hoc est ex frequenti sui victoriâ in occasionibus iræ) prouenientem. Initium ita vacuitatis, est laborum silentium in perturbatione cordis, medium autem, silentium quoque ipsarum cogitationum in animi tenuissimo motu: finis verò est, inter immundorum spirituum status, stabilis ac fixa tranquillitas. Et alio in loco, qui est de tranquillitate beatæ animæ, asserens in hac vitâ eam esse possibilem, idque exemplis quorundam Sanctorum confirmans, ait: Tranquillitatem reor esse mentis intimum celum, versutias demonum ludibria iam existimans. Ille proprie tranquillus est, qui carnem omni corruptionis labe purgauit, mentem verò supra creaturam omnem eleuans, omnes illi subicit sensus, atque vultui Domini animam sistent, supra irium suarum modum, in illum se semper extendit. Hæc perfecta perfectorum, & infinita perfectio, ita sanctificat, atque à terrenis omnibus rapit, vt plurimam iam carnalis vite partem, postquam hunc cælestem portum occupauerit, veluti in celo per excessum mentis ad speculationem attollat. Et allatis aliquot talium exemplis, qui hanc tranquillitatem, quæ Dominij passionum effectus & proprietates, inseparabilis est, subdit: Tranquillitatem habet anima, quæ ita in virtutum qualitatem atque habitum, sicut vitiosi in voluptatem, traducta est. Si hic finis est gastrimargia, se ipsum etiam non appetentem, auidè ad cibum impellere, hic profectò finis erit

46. I. de beatitud. in Beati mires.

Coll. 1. cap. 11.

Coll. 1. cap. 11.

Coll. 1. cap. 11.

Coll. 1. cap. 11.

Coll. 1. cap. 11.

h. 11. in Cant.

Coll. 1. cap. 11.

Coll. 1. cap. 11.

Coll. 1. cap. 11.

607-

continentiam etiam esurientem se concinere naturam iam liberam, atque nulli rei penitus obnoxiam. Si hic finis est libidinis in ipsa muta animalia, resque inanimatas inservare, iste profectus castitatis finis erit, in omnibus veluti ea fini sine animam, sensus innocuos servare. Hic patientia finis erit, ut quamvis in tribulatione quis sit, requiem tamen se habere arbitretur. Humilitatis, si nunquam etiam in conspectu laudantium, nostra intentio ab inanis gloria surripiatur. Longanimitatis profundum est, siue sit presens, siue absens, qui maledictus insequitur, eadem animi tranquillitate duras &c. Qui eiusmodi est (ne multa dicam) vivit quidem iam non ipse, vivit autem in eo Christus.

Coll. 11. cap. 11.

Abbas Chereimon apud Cassianum ponderans illa verba Psalmi 138. Mirabilia opera tua, & anima mea cognosceat nimis, Quis in se, inquit, opera Domini non miretur? cum inatrabilem ventris ingluviem, & sumptuosam gula perniciosamq; luxuriam ita in se viderit compressam, ut vix ipsum exiguum ac vilissimum cibum raro inuitusque percipiat. Quis non obstupescat opera Dei? cum illum ignem libidinis, quem naturalem antea, & veluti inextinguibilem esse credebat, ita refluxisse persenserit, ut ne simpliciter quidem se corporis motu sentiat incitari? Quomodo non virtutem Domini contremiscat quisque, cum homines quoddam diros, atque truculentos, qui ad summum iracundie furorem etiam blandissimis subditorum irrabantur obsequiis, ad tantam transisse viderit lenitatem, ut non solum nullus iam commoveatur iniuriis, sed etiam cum illata fuerint, summam magnanimitate congraudant.

Coll. 11. cap. 11.

Idem Abbas Chereimon: istud est mirabile opus Dei, hominem carnales affectus in carne positum resistisse, & in tanta rerum atque incursum varietate, vnum tenere animi statum, atque immobilem in omni accidentium permutatione durare. Quam virtute fundatus senex quidam, cum apud Alexandriam turbis infidelium circumfusus, non solum maledictus, verum etiam grauis impellentium vrgeretur iniuriis, etique a subsannantibus diceretur. Quid miraculi Christus vester, quem colitis, fecit ille inquit, ut his ac maioribus, si intuleritis, non mouear, nec offendar iniuriis.

Coll. 7. cap. 1.

Et Abbas Serenus apud eundem Cassianum, Nos quoque, inquit, viriliter adversus perturbationes & vitia dimicantes, poterimus ea ditioni nostra, discretionique subicere ac militantes in carne nostra extingueri (hoc est, domare) passiones, vel instabilem cogitationum nostrarum cohortem, rationis imperio subiugare. Et ita habebimus hanc imperandi potestatem, atque virtutem, quam non quibus volumus cogitationibus abducamur, sed his quibus spiritualiter delectamur, immorari vel imberere possumus: malis quidem suggestionibus imperantes, Abite, & abibunt: bonis vero dicemus, Venite, & venient: seruo quoque nostro, id est, corpori: ea que castitatis vel continentie sunt, similiter intungemus, & sine ulla contradictione deseruiet, & non iam suscitans nobis aduersos concupiscentie stimulos, sed omnem exhibens spiritui famulatum. Hoc est autem passionum dominium.

S. Ildorus Pelusiota, S. Chrysostomi discipulus: Qui turbulentarum animi commotionum tyrannidem, quam plerique nullam vi frangi posse existimant, tyrannice premit, atque subigit, hic, & vi fortis, & strenuus celebrandus est, & vi tyrannicida. Sensit ergo, posse hunc tyrannum malum, alia bona tyrannide sancta sui victoria, & mortificatione assiduam, per Dei gratiam, dominari, frangari, & subigi passiones.

S. Gregorius ponderans verba Christi Lucae 1. 3. mor. 21. In patientiam vestram possidebitis animas vestras, Quid est, inquit, animas possidere, nisi perfecte in omnibus vivere, cunctis mentis motibus ex virtutis arce dominari? Qui igitur patientiam tenet, animam possidet: quia inde contra aduersa omnia fortis efficitur, unde sibi, & se ipsum vincendo, dominatur.

S. 85. in Cant.

S. Bernardus, Anima, inquit, innixa supra dilectum suum, contra se nitentes inualecet, & facta se ipsa validior, coget pro ratione vniuersa. Iras, metum, cupiditatem, & gaudium, veluti quendam animi currum, bonus auriga reget: & in captiuitatem (hoc est subiugare passiones) rediget omnem carnalem affectum, & carnis sensum ad nutum rationis, in obsequium virtutis. Quidam possibilia sunt omnia, inueniunt super eum, qui omnia potest? Quante fiducia est vox: Omnia possum in eo qui me confortat. Nihil Omnipotentiam Verbi clariorem reddit, quam quod Omnipotentes facit omnes, qui in se sperant. Denique omnia possibilia sunt credenti. An non omnipotens, cui omnia possibilia sunt: Ita animus, si non presumat de se, sed si confortetur a Verbo, poterit utique dominari sibi, ut non dominetur ei omnis iniustitia.

Mar. 9. 22.

B. Laurentius Iulianianus, Si quempiam, inquit, agnosces post laudabilem conuersationem, post multimodam tentationum virtutumq; probationem, veterem cum actibus suis crucifixisse hominem, & per interiore exercitacionem, pacem possidere mentis, atque cunctos sensualitatis motus dominio subicere rationis, scito tibi habitare Verbum. Huiusmodi, per tranquillitatem, & animi imperturbabilem pacem, quam duce gratia adeptus est, Dei filius nuncupandus est, dicente Domino: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. In se ipso namque tanquam in excelsa residens rationali sede, omnem cordis familiam providam gubernatione castigat. Huic dicit, (passioni) Vade, & vadit: alij Veni, & venit: atque seruo, corpori, fac hoc & facit. Nullum plus debito (iuxta sus possibilitatem) insolecere patitur corporis motuum, sed mox, ut apparet, resecat, & occidit.

de casto con. c. 14. col. 11.

Idem ibidem: Nemo naturaliter carnem suam odit, sed magis eam fouet, & nutrit: Et tamen carnales edomantur concupiscentie, & sub spiritus rediguntur dominium. Abnegando quidem se homo, desinit esse quod erat. Nouum induit hominem, noua incipit esse creatura, dum in spiritus ambulat nouitate.

cap. 1. col. 5.

Philip. 4. 13.

Et in Falciculo amoris idem ait: Excelsa Dei dona, spiritualiaque charismata, qua carissimus Deo, & Sapientie amatoribus prerogantur, perfectorum esse ornamenta probantur, qui domitas tenentes carnis, & animae passiones, nequaquam sibi viuunt, sed Christo, cuius

c. 7. col. 2.

cuius pascuntur deliciis, donis ditantur, & ebriantur amore.

l. de com. & compl. Chr. perf. col. 34.

Et alibi: Qui ad perfectionem currunt, eam apprehendunt, antequam perueniant, quod tendunt, desudant in virtutum certamine, & omnes animi passiones, ac sensualitatis motus, sub rationis redigunt seruitutem: ut nihil in eis indomitum atque indisciplinatum remaneat, quod sedet mentem, conscientiam conturbet, auferat fiduciam, affectum deuset, & diuidat unitatem: quae imperfectionis sunt signa, & consummanda charitatis impedimenta.

47. to 2. de reform. ment. 1. p. c. 12.

S. Bonauentura hoc ipsum docuit; nam, tradens gradus renouationis, quae Diuino beneficio fit in nostrâ voluntate:

Primus, inquit, est, resistere vitis, qui est status continentium.

Secundus est, Passionibus imperare, & pace frui, quod idem est, ac passionibus dominari: passionum dominium habere.

Tertius est, Deo adherere, & vni, quando iam virtutes transeunt in affectum cordis.

S. 1. quad.

Ad talem ergo dominatum nostrarum passionum contendendum est, homini creato ad Dei imaginem, & hac dignitate ornato. Nam, ut ait S. Leo: Si cupiditates corporis fuerint sortiores, turpius animus amittet propriam dignitatem, & perniciosum erit, eum seruire, quem decuerat imperare. Si autem mens Rectori suo subdita, & supernis muneribus delectata, terrena voluptatis incrementa calcauerit, & in suo mortali corpore regnare peccatum non fuerit, ordinatissimum tenebit ratio principatum.

l. 2. Offic. c. 42.

Denique Cicero inter tria munera virtutis, secundum esse ait: Cohibere motus animi turbatos, quos Graeci, Παθη, nominant: & appetitiones, quas illi ἐπιθυμια, obediens efficere rationi. Ideo S. Diadochus ait, Commune esse omnium virtutum continentia cognomentum, oportet igitur certantem, in omnibus rebus se continere, id est, cohibere inordinatos passionum motus virtutibus repugnantes.

1. 1. q. 25. a. 4. 48.

Octauo Probatur à maiore ad minus tali argumento: Affecuti sunt aliqui serui Dei dominium passionum, ceteris magis rebellium, & quae difficilius frenari possunt, etiam à viris sanctis: Ergo multò magis acquiri potest dominium passionum, ut ita dicam, mitiorum, quae non tam vehementer inquietant hominem, ut illae aliae turbulenter, & potentiores, & crebriores. Ergo potest acquiri dominium passionum omnium. Haec autem inter omnes passiones sunt praecipuae, iudicio S. Thomae, Gaudium, tristitia, spes, timor, & desiderium, quod loco spei dicit S. Thomas postea à S. Augustino. Sed maxime passio amoris, timoris, gaudij, & tristitiae, sunt expugnatae difficiliore, ut docet quotidiana experientia. Ideo meritò S. Bernardus ait, Totum cor in his quatuor affectionibus esse. Expugnatas autem eas esse circa aliqua obiecta, & subiungas seruatorum Dei dominio, docent Historiae omni fide dignae, etiam iureiurando confirmatae.

1. 1. q. 25. a. 4. 48.

1. 1. q. 25. a. 4. ad 1. Aug. l. 14. Trin. c. 6.

S. 2. in ca. icium.

S. 2. in ca. icium.

Quid est homini difficilius, quam non letari de vlla re humanâ & sensibili, ad quam trahuntur omnes à concupiscentiâ carnis, & à concupiscentia oculorum, & à superbia vitae? Tamen Esther aucter Deo dixit: Tu scis, quod nunquam sis letata ancilla tua, ex quo huc translata sum, usque in praesentem diem, nisi in te Deus Abraham.

49. Esth. 14. 18.

De S. Ignati j profectu in spiritu (quem primo à sua conuersione anno habuit Diuino beneficio) sic scribit Maffei: Accersit ad haec, illud quoque non leue Dei beneficium, quod ei in omnem deinde vitam propriam ac stabile mansit, ut quotiescunque sublatis in caelum oculis astra suspiceret (quod saepe saepe faciebat ac diu) mortalia caelestia illi repente fordescerent: quibus tamen paulò ante totus fuerat immerlus, & diu usque ad annum ætatis 27, quo conuersus est. Quid difficilius in homine est, quam non sentire passionem inordinatam turpis amoris, & desiderium laudis, & honoris! Ab utroque tamen affectu S. P. N. Ignatius, & quidem primo suae conuersionis anno, perfecte liberatus fuit. De primo sic scribit Maffei, quòd visa B. Maria Virgine cum puero Iesu, tantum repente odium, fastidiumq, concepit eorum, quae apud cacos mortales prima putantur, ac praesertim quae cum inhonestâ voluptate coniuncta sunt, ut omnes rerum illarum, quamuis dururna vsu ac vetustate corroboratas imagines, ex hominis memoriâ conspectus ille detulerit.

1. r. c. 1. vi. te.

1. r. de. c. 1. vi.

50.

De superato verò ab Ignatio inanis gloriae vitio, ita scribit, eum tum aliis medijs, tum denique diuino presidio detestabile hoc vitium ita debellasse, euisisseq, radicitus, ut postea quoriscunque salus animarum, aut Dei gloria postularer, sua non minus bona quam mala, sine vlla prorsus cenodoxia titillatione, palam & ingenuè expromeret. Eadem de eo scribit sic Ribadeneyra: Illud Dei misericordiâ est consecutus, ut per multos annos, antequam de vitâ decederet, nullam inanis gloria cogitationem habuerit. Imò verò usque adeò luce diuinâ erat persusus, suisque perfecte cognitor, atque contemptor, ut nullum se vitium diceret minus extimescere, quam vanitatis & gloriae inanis.

1. 1. c. 10.

1. 3. c. 3.

1. 3. c. 3.

1. 3. c. 3.

Atque hoc vitium, & passio ad illud inclinans est adeò radicata in nobis, ut & Cassianus, & S. Bernardus dicant, primum esse in peccato, & in consuetu vltimum. Et Tacitus: Gloria cupiditatem, etiam sapientibus nouissime exui. Et S. Ioannes Climacus, Naturam non facile ab appetitu gloriae posse seruari illasam.

52. Cass. Col. 12. c. 1.

Bern. de ord. vit. coll. 11. Tac. l. 4. hist.

Cl. gr. 25. Chr. h. 45. ad pop.

Pecunias contemnere, inquit S. Chrysostomus, volenti satù est facile; honorem autem à multis collatum despiciere, multi laboris indiget, magna sapientia, Angelica cuiusdam anima, ipsum caelestis testudinis verticem tangentia. Non est enim, non est vitium ita tyrannicum, & vbique dominans, ex maiori quidem, vel ex minori parte, at tamen vbique.

Quod tantò mirabilius in S. P. N. Ignatio cum primo anno suae conuersionis fuisse affectu

cutuina

1. de ro
cap. 3.
144
1. vi.
m. de
crem.
mal. c. 1.

cutum rem tam difficilem, & raram, quia, ut ait
vltus pulchra similitudine S. Ambrosius, Plenum
decorem, non statim vt eduntur (herbæ, & arbores,
ac semina) accipiunt, sed certis & ordinatis prou-
buntur augmentis, donec ad perfectam sui habitus
quantitatem, per succedentia sibi incrementa proue-
niant. Ita & semina charismatum, plantaq; virtutum,
non in omni agro cordis humani, totum hoc pariter,
quod sunt futura, nascuntur: nec facile reperitur in
exordio maturitas, & in inchoatione perfectio. Quo-
circa bene scripsit Ricardus de S. Victore: Non
est eiu(s)dem facultatis & felicitatis Aegypto exire, &
eremum pertransire: mundum relinquere, & seipsum
vincere. Illud vnius diei opus est, hoc vix post multa
tempora explemus. Durum, difficile, grande, se ipsum
bene inspicere, & plene despiciere, perfecte probare, &
penitus improbare. Quocirca si in exordio mutata
vita S. Ignatius tam perfecte expugnauit passio-
nem cupiditatis, gloriae, & honoris, adeo vbiq;
alte radicatum, multo magis aliae passiones mi-
nus difficiles, expugnari, & perfecto domino
(virtute, & Dei gratia collato) possunt subici.
Sic etiam tristitia, & dolor, qui nasci solet eti-
am inuitis & Sanctis tempore aduersitatum, &
iniuriarum, difficillime superatur, praesertim
ita, vt eius loco gaudium & laetitia viget, & ira
abstet. Clauus est tristitia, inquit S. Ambrosius, clauus
iracundia. clauus sunt omnes passiones, quae velut veru
quodam animam nostram penetrant, & infigunt cor-
pori, vt scribitur eius annectunt; tamen & has pas-
siones multi serui Dei plene subiugarunt. De
S. P. N. Ignatio, & S. Rotæ Romanæ Auditores,
in sua Relatione supra citata, & Cardinales Sa-
crorum Rituum, differris verbis id testantur.
Latitia, inquit, & incunditas, quam percipiebat, ex
laboribus, incommodis ignominis, & persecutionibus,
quas pro Christo, & iustitia patiebatur. Et infra: Ad-
mirabilem eius patientiam, & mansuetudinem demō-
strat latitia quæ fruebatur, cum aliquid aduersus sui
ipsius personam & honorem inferri cernebat, & benefi-
cia quae in illos conferebat, à quibus iniuriis fuisset ap-
petitus. Et alio in loco: Inanem gloriam & munda-
nas laudes non solum fugiebat, sed si aliquid contra
suum honorem fieri animaduerteret, id ipsi ardebat
maxime. Qui in praesenti vitâ, inquit S. Chrysostomus,
propter Christum multas fert afflictiones, multa
taq; graua patitur, & antequam regni calorum ma-
gnam illam retributionem assequatur, magna hic po-
tatur fiducia, animamque suam ita excelsum efficit vt
posthac graua omnia quasi è sublimi derideat. Idque
probat exemplo Pauli Apostoli. Tandem sub-
dit: Hominem nihil mali expertum, mox si quæ fortui-
do oboruntur turbulentia, imò non solum res ipse, sed
& stulta opiniones & rerum umbrae pauidum reddunt,
& perterrent. Verum qui non omnino inexercitatus in
certamen ingreditur, sed multa antè mala perpeffus est,
is omnibus postea superior fit, & tanquam graculos cro-
citantem eos, qui minantur, contemnit. Non parua autè
hac est corona, neque exigua merces, quòd illum nihil
humanarum rerum mouere potest.

54
1. 3. dial.
cap. 16.
1. a. c. 5.
1. 5. c. 4.

Timor quoque & mortis, & daemonum, &
praedonum, ac latronum, & suppliciorum, &
bestiarum, & tribulationum, vehementer alte-
rat homines, estque tam superatu difficilis, vt
quidam Sanctorum Patrum apud S. Ioannem
Climacum dixerit ei: *Miracula excedere omnia, esse*
in medio tumultuum, impaudum animo. Scimus ta-
men ex Ecclesiasticis historiis eius dominium
multos Dei beneficio acquisiuisse. S. David &
leonem, & vrsum inuasit, & interfecit, & di-
cebatur: *Si consistant aduersum me castra, non timebit*
cor meum. S. Antonius teste Athanasio in eius vi-
ta, nec leonem, nec daemonum quotidianas congrega-
tiones expauit, nec quadrupedum, & reptilium feritatis in
solitudine cessit, immobilem & tranquillam retinens
animi firmitatem. S. Hilario adhuc puer, inua-
dentibus se latronibus, ei que minantibus dixit,
se eos non timere, vt scribit S. Hieronymus in
eius vitâ. Hoc ipsum de S. Martino scribit Sul-
pitiu Seuerus. lib. de vitâ B. Martini c. 4.

56.
gr. 4. col.
8.
1. Reg. 17.
34. 36.
Psal. 26. 3.
c. 25.
c. 7.

Abbas Theodorus impetrauerat à Deo, vt
auferretur ab eo formido. Vnde interrogatus à
quodam: *An si fiat subito sonus ruinae alicuius, time-
ret?* Respondit: *si calum terra adheret, Theodorus*
non formidat, vt scribitur in Vita Patrum.

1. 5. libel.
7. num. 6.
1. 2. Vit.
pp. c. 8.
Rosv. p.
466. col.

De Abbate Ammone scribit Ruffinus, eum
rogatum ab habitatoribus loci cuiusdam, vt pe-
rimeret draconem immanissimum, vicinas vastantem
regiones, & plurimos perimentem, cum fixis genibus in
terram Dominum deprecaretur, & bestia cum ingenti
impetu venire super eum capisset, tererrimis statibus, ac
sibilu stridoribusq; praemisit. Ille nihil eorum metuens,
conuersus ad draconem dixit: *Perimat te Christus, Fi-
lius Dei &c.* & statim draco omne simul cum spiritu
euomens venenum disruptus crepit medijs.

1. 3. dial.
cap. 16.
1. a. c. 5.

S. Gregorius Papa scribit S. Marcium per
triennium in sua spelunca solum cum solo fer-
pente, & orantem, & cubantem mansisse im-
perterritum, & cubantem ori eius manum, &
pedem extendisse De S. P. N. Ignatio scribit Ri-
badeneira, cum ex Hispania nauigaturus esset
in Italiam, amicos dissuadisse nauigatione, quòd
Aenobarbus nobilis Turcarum Archipirata, Tyrrheni
mare valida classe obsidere diceretur. Sed Ignatius ma-
gnitudine periculi nihil commotus, nauim conscendit, &
quamuis ea nauigatio grauis & periculosa fuerit, ma-
lo nauis disiecto, multiq; armamentis vt tempestatis,
vel amissis, vel labefactis, spes nihil esse videretur ad
salutem ideoque se ad mortem omnes pararent, Igna-
tius tamen se diligenter excutrens, animumq; suum
perterritans atque explorans, timere nullo modo poterat.
Et, vt idem alibi de eo scribit Cum esset Praepositu
Generalis, aliquoties dixit, si Summus Pontifex impe-
raret, vt in ostio Tiberino scapham, vel nauigium quod-
cunque primum inuenisset, lauo, malo, velis, remis, ca-
terisque armamentis spoliatum, conscenderet, & ita
aquo, sed etiam libenti animo facturum.

1. 5. c. 4.

Timor quoque tribulationum imminentiu
vehementer perturbat, potest tamen diuina
gra-



gratia beneficio, & nostro studio, obtemperanti auxilijs gratia, penitus excludi, adeo ut eius loco succedat desiderium ardens tribulationum, & gaudium in illis. Hoc assequutus fuerat Paulus Apostolus, qui dicebat: *Gloriamur in tribulationibus.* Et alio in loco: *Libenter gloriamur in infirmitatibus meis: placeo mihi in contumeliis, in persecutionibus, in angustiis pro Christo.* Quemadmodum enim qui primum nauim conscendunt, inquit S. Chrysostomus, nauis eant, & capitis vertigine laborant, turbati ac fastidio correpti, qui vero multa longaque maria sunt emensi, qui milles se fluctibus audacter commiserunt, & crebra sunt passi naufragia, peregrinationem eiusmodi confidenter aggreduuntur, sic mirum & anima, qua multas sustinuit tentationes, & magnas pertulit afflictiones, laboribus demepsit assuescitur, & sibi comparato habitu patientia, non amplius est metuculosa, nec terroribus obnoxia, nec ingruentibus malis turbatur, sed a sidiua rerum, que accidunt, exercitatione, ac frequenti casuum meditatione robotata, quascunque insurgunt incommoda fert facillime. Hoc fuerat assecutus S. Franciscus Xaverius, qui obstupescens omnibus familiaribus, multa ei pericula grauissima proponentibus, adfutura in longissimis itineribus ac tempestatibus, tyrribus, piratis, & multas erumnas ac cruces & discrimina, nihil omnino metuebat, ut scribit Turfellin l. ultim. vitæ eius c. 9.

Rom. 5. 3.
2. Cor. 15.
9. 10.

S. de glori-
a tribul.

l. 2. epist.
147.

57.

l. 2. q. 77.
a. 14.
l. 2. q. 77.
a. 5. & 6.

2. par. 5.
de charit.
pag. 16.

pag. 613.

Probi enim viri, inquit S. Ildorus Pelusiota, ac virtute præditi, omnibus rebus sublimiores sunt, non modo animi molestiam, sed etiam timores & pericula, & quasuis mutationes superantes. Non nihil perpetuando, (sed quod multo maius est, ac diuinam huiusmodi vitam consueuam facit) ingruentia etiam ea contemnendo.

Denique nulla passio est tam difficilis expugnata, ut amor proprius, seu amor sui, qui, ut ait S. Thomas, & ex professo probat, est causa omnis peccati, & passionum inordinatarum fons: uti etiam passiones, eiusdem Sancti iudicio, sunt causa peccati. Atqui amor proprius potest proflus debellari, & potest haberi eius dominium ergo multo magis passionum, quæ ut plurimum ex amore proprio pullulant.

Quod amor proprius possit debellari, & subici dominio hominis, immo quodammodo aboleri, patet ex testimonio Sacræ Rotæ Romanae Auditorum, & Cardinalium Sacræ Congregationis Rituum, qui in vtraque Relatione datâ Paulo V. & postea Gregorio XV. pro Canonizatione Sancti Ignatii sic decreuerunt:

Hanc in Deum charitatem adeo puram in suo corde aluit, retinuitque, ut etiam sui ipsius amorem proflus à se amandauerit. Et paulo supra: Neque verò autummodò custodiens cor suum ab eis, quæ sunt contra dilectionem, sed etiam à se ipso amorem rerum omnium, quæ Deus non sunt, proflus abiicit, atque in eundem transfudit. Deum, omnemque affectionem ad Dei dilectionem transferre conatus est. seu, ut loquuntur S. Rom. Rotæ Auditores, ad Dei dilectionem retulit.

Quocirca si potuit habere tale proprii amoris dominium, qui excitat omnes inordinatas passiones, multo magis moribus passionum dominatus est.

Ira furor quàm sit in hominibus vehemens, omnibus perspectum est: hanc tamen subingari posse, præter alia supra allata, ostendit exemplum Abbatis Davidis, quem Theodoretus scribit, per 40. annos in Monasterio gubernasse 150. personas, & quamuis essent innumerabilia, quæ eum irasci cogent, tamen absque ira à toto hoc tempore vixisse, & mansisse immobilem, tanquam incorporeum, sine vllâ vultus mutatione, non tantum non concedenda ira, ut vinceret, sed nec ut moueretur quidem, omnino permittendo.

Simili ergo modo, & aliarum mitiorum passionum dominium, Domino opitalante, potest acquiri.

Nono & vltimo probatur hoc ipsum exemplis Sanctorum, qui assequuti fuerunt perfecti passionum dominium, tale, quale infra describetur. Omnis autem exemplis supra commemoratis clariora adferam.

De Abrahamo S. Zeno Veronensis sic ait: *A filio ad agnum transfuit dexteram, semper laus & gaudens. Nec mutatus est vultus eius, cum esset victima commutata.* Magnum est dominij signum, non mutare vultum ante occisionem intentatam filij. Sanè Seneca Stoicus, in sensibilitatis assertor, de se & suis contrarium scribit ad suum Lucillum, *Sensit, inquit, quandam ictum animi, & sine metu mutationem.* (scilicet in vultu) quam insolita rei nouitas, simul ac seditas fecerat. Non de me nunc tecum loquor, sed de illo in quem ius fortuna perdidit: huius quoque ferietur animus, mutabitur color. Atqui in Abrahamo non fuit mutatus, quia perfectissimum habuerat tristitia, amoris, & timoris dominium.

De Moysè ex sententiâ S. Macrinæ sororis, scribit S. Gregorius Nyssenus, disputat. de Anima & Resurrectione: *De Moysè audimus, quod is nec ab ira nec a concupiscentia vincit, & superari possit, virusque ei perhibente testimonium Historiâ, quod & lenis, mitis, esset supra omnes homines (per lenitatem autem & elementiam, ira vacuitas, & ab iracundia animus alienus ostenditur). & quod non concupisceret quidquam eorum, circa que in plerisque hominibus concupiscenti vim occupatam esse videmus. Hæc in lege veteti.*

In nouâ verò, Imprimis de S. Ioanne Euangelista ad Insulam Pathmos relegato sic scribit S. Dionysius Areopagita in epistolâ ad eum missâ, in qua etiam ei liberationem ab illo exilio prædixit: *Et te quidem (ita habet mea versio) non adeo inanis sum ut arbitrer aliquid pati, immo & passiones corporis hac tantum in parte sentire te credo, ut eas solam diuidices. Carnis enim nequaquam cedens blanditijs, inquit B. Laurentius Iustinianus, voluptates eius tenebat edomitas: sensuum lenocinia sub disciplina censura spiritualis cohibens, sicut mentem*

58.

relig. hist.
cap. 4.

num. 42.

59.
Ser. 1. de
Abrah.

ep. 38.

epist. 10.

S. de S. Jo.
Euang.

tem Deo, ita Spiritus subdebat & carnem. De aliis quoque perfectioribus Christianis ibidem S. Dionysius sic scribit: Alios cernimus, hic iam Dei confortio, & familiaritate beatos, quia ab affectu omni materialium rerum longissime secedunt, & in omni libertate malorum omnium (alia versio habet: & libertate ab omnibus malis) ex presenti vita, futura primitias sumunt, inter homines Angelico more conuersati, cum omni tranquillitate animi, ac denominatione Dei ac sanctitate, ac reliquis virtutibus. Porro alia versio Ioannis Scoti, vetus appellata, sic habet: Alios videmus hinc iam cum Deo factos, quoniam qui sunt veritatis amatores, passibilitate quidem recedunt materialium (scilicet rerum) in omni autem omnibus malis libertate, & amore diuino honorum omnium, pacem diligunt, & sanctificationem, & ex presenti vita incipiunt futuram, Angelicè & pulchrè in medio hominum conuersantes, cum omni impassibilitate, & diuina nominatione (hoc est tanquam dij quidam ob vitæ sanctimoniam sic nominati) & bonitate, & aliis optimis. Vos igitur non existimo quid pati, sed & corporis passiones solummodo iudicare, eas sentiendo credo. Hoc est, ut explicat Dionysius Carthusianus: Non sum ita insipiens, ut rear vos sanctos Apostolos, & apostolica sanctitatis viros pati immoderantias passionum animæ, à quibus estis reformari, & non credo vos sanctos viros pati in corpore, eo modo ut alij sed solum ut diiudicetis, id est, discernatis idoneè.

Tales erant duo illi fratres Monachi, in Vitæ Patrum commendati, pariter in cellâ commorantes, quorum humilitatem & patientiam multis etiam de Sanctis Patribus collaudabant. Audiens verò quidam sanctus vir, voluit probare, si veram perfectamque humilitatem haberent: venit ergo ad visitandum eos. Cumque cum gaudio suscepissent eum, & ex more complessent orationes, & psalmodiam, egressus foris cellulam, vidit paruum hortum, ubi sibi olera faciebant: Apprehensoque baculo cum toto impetu cepit omnia extra cadendo confringere, ita ut nihil omnino remaneret. Videntes autem supra dicti Fratres, nihil penitus dixerunt, sed nec vultum tristem aut turbatum habentes. Et rursus ingressi cellulam, vespertinas orationes complentes, adorantes eum dixerunt: Si precipis Domine, liberas, ut eum qui remansit caulem coquentes gustemus, quia iam hora est ut cibum sumamus. Tunc Senior adorant eos dicens: Gratias ago Deo meo quia video Spiritum sanctum requiescere in vobis; & idè hortor vos ac moneo, Fratres Charissimi, ut vsque in finem custodiatis sanctæ humilitatis & patientiæ virtutem, & ipsa in regno cælesti vos magnos & sublimes in conspectu Domini faciet apparere.

S. Ignatius Martyr, laudans vinum Episcopum Philadelphicæ, ait: eius animam fuisse nullis affectibus obnoxiam: omnisque iracundiæ victricem, ut qui vivat in omni mansuetudine Dei.

S. Basilii quoque talium exempla nouit, & commemorat: Si naturales corporis motus, & affectiones ab animo edomari non possent, merito culpa in corpus posset transferri, sed inuenti sunt multi, quorum studiis illa deuicta cessere.

S. Hieronymus Pelusiota B. Timotheum laudans lib. 2. ep. mortuum, inter alias virtutes eius commemorat hanc acquisitum difficillimam: Ventrem ventrisque, affectas affectiones tyrannicum quendam in modum subegit ac superauit: sic nempe, ut illi frugalitatem, victusque tenuitatem indiceret, his autem ne se quidem commouere permitteret.


Et alio in loco: Qui turbulentis animi permotionibus dominatur, & timoribus, & periculis, ac denique omni mutatione superior est: non quòd nihil patitur (hoc enim fortasse fieri nequit,) sed quòd multò maius atque admirabilius trophæum efficit, quia ea imperum facientia, & reuerentia, relaque miti contemnat.

De S. Martino scribit S. Severus Sulpitius: Nemo unquam Martinum vidit iratum, nemo mouentem, nemo ridentem: vnus idemque semper cælestem quodammodo lætitiæ vultu præferens, extra naturam hominis videbatur.

S. Ambrosius transferens ad meliorem locum corpora Sanctorum Martyrum Nazarij & Celsi, multa tunc edentium miracula, audit a dæmonis voce ex arreptiis clamatis: Se ab Ambrosio torqueri: ad illum conuersus, obmutescit, diabolè &c. Nam Ambrosius non sicut inflari. Qui autem vanam debellauit gloriam omnium difficillimam, multo facilius passiones subigare potest.

De S. Ioanne Climaco in eius vitâ scribit Daniel Monachus: Luxuriam aded extinxit, ut omnino obstructa sedaretur, nullasque molestias irrogaret. Cupiditatem verò, quam idolorum venerationem Apostolus esse definit, fortissimè superauit. Cumque nullius mortalium rei affectione teneretur, æternorumque solum sensu pascetur, noxia tristitiæ liber euasit. Iracundiæ verò tyrannidè in se ipso per obedientiæ gladiū occiderat.

Et S. Ioannes Climacus epistolâ ad Ioannem Abbatem Raythu, quæ extat initio operum S. Climaci sic scribit: Mihi persuasum est, (puro autem quòd & prudentiam singulis mundissimum tue mentis oculum, ab omni terrenâ & tenebrosa conspersione purificatum, liberè & absque vllius obicis retardatione, Diuinam intueri lucem, atque ab ipsa omnino illustrari. Cùm autem terrenâ, & tenebrosa conspersione, potissimum ab inordinatis passionum naturalium motibus proueniat, si iudicio S. Climaci, Abbas ille fuit ab omni terrenâ conspersione purificatus, non sensit motus inordinatos passionum. Et ob hanc causam in primâ periodo illius epistolæ, sic eum alloquitur, indicans hanc impassibilitatem in passionibus inordinatis: Accepi conuenientissimam honestissimo tuo atque impassibili instituto epistolam tuam. Et gr. 4. col. 4. scribit se in quodam Monasterio inuenisse viros, qui dicebant se perfectè exuisse omnem laboris & doloris sensum in maledictis, & contumeliis. Ibidem col. 5. narrat de quodam Monacho 80. annum agente vocato ab Abbate mensæ assidente, permissò sic sine cibo per duas horas stare, stetit immobilem vsque ad finem refectiõnis, nullamque penitus malignam cogitationem aduersum Abbatem, admissè,



mississe, sed existimauisse à Deo non ab Abbate hoc præceptum exisse, & se non coram mensa horum sed coram altari Diuino asitare. Idem ibidem. col. 14. Ioannes Opanij Osabaitis. vir mihi charissimus, perturbationibus & passionibus liber, verboque & opere mundus (cum eius experimentum caperem) mihi retulit &c.

h. 23 in
Gen.

S. Chryostomus: Cum videmus congeneres nostros, & eisdem affectionibus obnoxios, non eadem quæ nos ferret, sed & validâ ratione gubernare naturam & inordinatos motus domare, & refranare concupiscentiam, imperare furori & iræ &c. nonne manifestum est, quod illi post gratiam Dei suo studio bene agere poterunt?

cap. 38.

De S. Iosaphat scribit S. Ioannes Damascenus in eius vitâ: Consequutus est, ut vitiosas omnes affectiones exstingeret, carnisque affectum spiritui, non se uic ac seruum Domino subiceret, deliciarum omnium animique remissionum obliuione caperetur, somno tanquam improbo mancipio imperaret &c. Sic autem naturam nocturnis excubiis subiiciebat, ac si nullâ omnino carnis & corporis parte constaret.

in præc.
rel. hist.

Theodoretus de Sanctis quorum Vitas scripsit, quorum etiam aliquos nouit, hæc scribit: Diaboli procellas strenuè repulerunt, & ut dicam Apostolicè, cum corpus castigasset & in seruitutem rede-gissent, iræ quidem ardorem sedauerunt, cupiditatum autem rabiem quiescere coegerunt: ieiunando & humili cubando, sopitis animi motibus, repressisque eorum exultationibus, coegerunt corpus sedus inire cum animâ, & soluerunt bellum, quod est eis à naturâ insitum (scilicet per rebellionem passionum, & carnis pugnam cum spiritu) Pace autem sic intereâ mitâ omnem aduersariorum cateruam expulere. Nam cum eis deessent cogitationes que interna proderent, & membrorum suorum auxilio priuari essent, bellare non poterant. Talis autem Sanctorum status est perfectum passionum dominium.

l. 1. c. 4.

De S. Bernardo in eius Vitâ ita scribitur: Natura in eo non dissentiebat à gratiâ: fortis erat animâ bonam, sensualitatem non curiosè lasciuam, nec superbe rebellem, sed congaudentem spiritualibus studiis, & in eis que ad Deum sunt, sponte subditam spiritui & seruientem &c. Ad comedendum usque hodie vix aliquando voluptate trahitur appetitus, sed solo timore defectus. Etenim comesturus, priusquam comedit, solâ cibi memoriâ satur est, si accedit ad sumendum cibum, quasi ad tormentum, &c. Sed & vsus parsimonia sic ei in naturâ versus est, ut est aliquando corporalis sibi cuiuslibet refectio plus aliquid solito velut indulgere, vix possit.

c. 5. vitæ
num. 8.

De S. Fran. scribit S. Bonau. Ad tamam peruenerat puritatem, ut caro spiritui, & spiritus Deo harmoniâ mirabili concordarent. Et alio in loco, sic de eo scribit: Licet innocens eius caro, que iam se sponte subdebat spiritui, nullo egeret flagello &c. Et alibi: Tanta in eo carnis ad spiritum erat concordia, tanta obedientie promptitudo, quod cum ille niteretur ad omnem sanctitatem peringere, ipsa non solum non repugnaret, sed præcurrere niteretur. Hoc autem præstabat passionum dominium.

c. 9. n. 3.
c. 14. n. 1.

De S. Catharinâ Senensis B. Raymundus eius Cõfessarius sic scribit: Expers erat omnium passionum humanarum, aliis virtuosus communibus consuetarum. Nec per inflans poterat à seruire charitatis quoquo modo remitti, & ideo nec vana gloria vento, nec vnguis irrationabili appetitu, locus in mēte illa poterat reperiri.

De quodam Monacho scribit Cefarius, eum interrogatum à suo Abbate, quâ ratione tantum miracula patranti donum à Deo obtinisset, ut vel solo vestium, vel cinguli, quo cingebatur, cõtactu, ægris sanitatem redderet. Respondit, se nihil præ ceteris facere, sed id tantum, quantum omnes alij: vnũ id tantum certò asseuerare possum, me nec prosperis extolli, nec aduersis deici, & nullâ re, quæcunque eueniat, turbari, vel inquietari, & in quolibet rerum euentu, qualiscunque is demum sit, pacem, & quietem præferre, siue eę proprie ad me solum, siue etiam ad alios spectent. Similia narrat Taulerus, & ex eo noster Cornelius, & Rodericius, de quodam mendico Sancto, qui tale responsum, & adhuc significantius, dedit cuidam Theologo. Et Blosius in Monili spirituali de quadam S. Virgine De B. Catharinâ Genuesi in eius vitâ præfatione scribit Frater Matthias Tanner: Humanam fidem excedere videtur. B. Catharinam à tricesimo ætatis sue anno vsque ad finem vitæ (scilicet per plures quàm 30. annos) omni ad malum seu vitium inclinatione caruisse. Quod non esse incredibile probat ratione, & exemplis.

Et e. 5. eius vitæ sic scribit: Tam erat vehemens & continuus ardor eius, ut præter naturales inclinationes, nulla ipsi tentatio appropinquare posset, sicque vsque ad finem vitæ perseuerauit. Sed & illa eius naturales propensiones, foris eius reluctatione paulatim ambibata sunt, dicebatque, nullo negotio tentationi cuiquam resistere. Cum enim cor ipsius puro esset amore succensum, muscus tentationum nulla aduolandi, nedum inuolandi esset occasio. Pari ratione in operibus internis, quàm exteris nihil pariebatur difficultatis. Dulcis amor eius, anima cordis, voluntatis, & omnium aliarum potentiarum ipsius absoletus Dominus erat: at que vniuersa in se per verum amorē penitus transformarat. Idcirco vnus ipse in cõtũ eam perpetuò rogebat, & ducebat. Sensualitati aliquid concupiscentiæ, ita seduid, & fortiter relictabat, ut postea nullius rei desiderio tangeretur. Si quidpiam abhorreret, veluti saniem cadauerum, & similia nauseabunda, eadem incunctanter ori ingeste manducabat, vel bibebat, & deinceps nullâ prorsus sentiebat nature repugantiam. Hoc pacto omnes sensus suos mortificauit. Et infra: Primus quatuor annis, quibus sentiebat lucem spiritus cum carne & passionibus, euolutis, vniuersa eius inclinationes fuerunt peremptæ, relicto illi habitu virtuosus, in omnibus promptitudinem & facilitatem præstante.

De S. P. N. Ignatij in suas passiones Dominio, sic scribit testis iuratus Ribadeneyra: Appetitus omnes, sic Ignatij Dei gratiâ, studio, laboreque peruererat, & obediens rationi effecerat, ut non quidem & absque omni animi affectione esset (hoc enim

enim ab hominis natura est alienum) sed certe ut ab omni commotione animi, motique turbulento vacuus videretur. Eratque id consequens, ut cum calidus natura, corporis, que constitutione biliosus esset, propter summam tamen lenitatem, quam in omni sermone, vitæque consuetudine adhibebat, frigidus ipsis medicis, lentusque potius videretur. Sed eo quod in interiori affectu vitiosum erat, edonito, actio ubi opus erat, vigebar: neque animi summa moderatio, vim efficiendi vllâ ex parte minuebat.

4. par. 6. de charit. 6. 6. de fuit. Sed adhuc clarior id Sacra Rotæ Auditores in Relatione pro eius Canonizatione datâ, ut moris est in scripto, Paulo V. examinatis deponitibus sexcentorum, & septuaginta quinque testium inratorum, statuerunt aliquot in locis dictæ Relationis, illum habuisse pacem interiorē, & dominium omnium suorum motuum & passionum: idque peperisse admirationem aliis, quod semper fuerit in eadem animi dispositione, nec vnquam se turbasse de aliquâ re, & semper fuisse animo tranquillo. Postea in alia Relatione impressa data Greg. XV. in Cōfistorio secreto coram omnibus Cardinalibus, nomine Congregationis Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum, à Francisco Maria de Monte Episcopo Portuensi S. R. E. Cardinali, & Præside dictæ Congregationis, cum dicta Cōgregatio Cardinalium examinasset supra citatâ Relationem S. Rom. Rotæ, eamque (quod aliis quibusdam Relationibus non contigit) amplexa esset, & comprobasset, ludentius adhuc testimonium dedit aliquot in locis.

16. ca. Primò tractans de Charitate Ignatii erga Deū, Ex his, inquit, oriebatur magnum illud gaudium spirituale, quo hic seruus Dei plane repletus, ac referens erat illa serenitas quam semper in vultu præferebat, illa pax interior animi. & illa potestas, ac dicitur, quam in suos motus, & perturbaciones obtinebat. Fuisse autem in S. Ignatio hoc passionum eius dominium, non exiguum, sed summum, sic Secundo dicunt Cardinales Sactorum Rituum, explicâtes animi eius magnitudinem: Et quoniam, inquit, cōmotio suarum, & perturbacionum, ut diximus, dominium obtinuit perfectissimum. De S. Francisco Xaerico scribit Turfellinus: Omnes animi motus domitos cōpressoque in sua ditione ac potestate habuit. Hinc illa perpetua mentis tranquillitas, & idem semper vultus. De P. Balthazare Alvarez scribit P. Ludouicus de Ponte in eius Vitâ, cum Diuino beneficio obtinuisse, sui ipsius, & affectuum omnium tam exactū dominium, ut nemo illum turbatum, aut iratum viderit; Passiones enim que antea illum impediabant, postea non solum non nocebant, sed rationi ipsi obtemperabant in iis, que illa iubebat.

6. Nyl. 4. Th. 1. 2. q. 17. 2. 7. Nulli ergo dubium esse potest, posse Dei seruos in hac vitâ, beneficio Diuine gratiæ, assequi perfectissimum suarum passionum dominium. Merito ergo S. Gregorius Nyssenus à S. Thoma citatus, cum S. Thoma afferit, appetitum sensuum subiecti rationis imperio quo ad aliqua, esse quo ad dispositionem corporis non subiacet imperio ratio-

nis, sicut & membra corporis, quibus opera sensitiua partis exercentur, subduntur rationis imperio, ut S. Thomas alibi ait. Merito quoque Christus Dominus tradens Regulas 20. B. M. Magdalene de Pazzis de modo bene viuendi, regulam vendicimam talem ei dedit: Sis dominatrix tuarum passionum, petendo talem gratiam à me, qui sum dominator omnium creaturarum. Si enim impossibile esset dominium passionum, ad hoc acquirendum Dominus dilectam suam Sponsam non excitasset, nec suam ad id opem obtulisset, illius precibus impetrandam. Deus enim, ut cum S. Aug. & Concilio Arausicano, & S. Hier. ait Concil. Trident. impossibile non iubet, sed iubendo monet, & facere quod possis, & petere, quod non possis, & adiuuat ut possis. Merito quoque apud S. Ioannem Climacum quidam Sanctorum, dans ei varia monita acquisitu possibilia, hoc quoque tradidit: Affige in anima ligno (quam crucem dicimus incudem, videlicet mentem, ut per alternos malleorum ictus & crepitus percussa, ludibriis, & maledictis, irrisionibusque lacepsita, iniuriis affecta, infracta, & in nullo laesa, seu dissoluta perseverans, tota lenis, & plana, immobilisque persistat. Irrisiones horis singulis, ut aquâ bibes. Hic autem status est omnium acquisitu difficillimus. Si ergo id potest acquiri, etiam aliarum passionum facilius erit mortificatio.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Soluuntur Obiectiones contra dictâ Capite præcedente.

Obiectiones Primò. S. Ambrosius expresse asserit: Grauisima causa culpa conscientia, quam tamē ratio emollit, & comprimit. Emollire enim potest, eradicare non potest, quoniam animus, qui est rationis capax, non est suarum passionum dominus, sed repressor, ergo nullus in hac vitâ, iudicio S. Ambrosij, potest acquirere suarum passionum dominium, siquidem earum dominus esse non potest.

Respondeo iuxta Theologorū, & Philosophorum moralium receptam ab omnibus doctrinam, duplex esse dominium: vnum despoticum, aliud politicum, seu ciuile. Illud est, in homine sano & non impedito respectu sui corporis membrorum, quæ ad minimum eius nutū mouentur, & à motu cessant, & nunquam ei resistunt: Hoc est Prætoris, vel Consulis in Ciuitate respectu ciuū, qui etsi sepe obediunt, sepe tamen resistunt, & non obediunt. Et ita Aristoteles cū S. Thoma receptus docet, Rationem præesse irascibili, & concupiscibili non principatu despotico, qui est Domini ad seruū, sed principatu politico, qui est ad liberos, qui non totaliter subduntur imperio. Hoc S. Basilio docuerat: Sunt, inquit, corporis affectiones violentæ quidē, si otiosa in nobis sit ratio; morigeræ verò, si illa præsideat, & gubernacula moderetur. Quādo S. Ambrosius negat animum esse suarum passionum Dominum, sed repressorem, loquitur de Dominio despotico, non verò negat posse eum habere tale dominium, de quali

1. par. vit. cap. 9.

S. 6. c. 11.

gr. 4. col. 8.

li. de la. cob. c. 1.

66.

Aug. l. 8.

Conf. c. 9.

Th. 1. p. q. 81. a. 3. ad 2. & q. 92. a. 1. ad 2.

& q. 96. a. 4. Et 1. 2.

q. 17. a. 7.

Arist. l. 1.

Polit. c. 3.

67.

Arist. l. 1.

Polit. c. 5.

Th. 1. 2. q. 17. a. 7.

c. 3. Cōst.

Monast.

